

Hydrops, disputatio medica / [Thomas Lawrence].

Contributors

Lawrence, Thomas, 1711-1783

Publication/Creation

Londini : R. Baldwin, 1756.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/pg44c9rh>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



MEDICAL SOCIETY
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

LAWRENCE, Thomas

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

XIII

65511/A

E. J. [unclear]


P.P. f 18

XVIII₂




HYDROPS,

Disputatio Medica.




HYDRORS

Dispositio Medica



HYDRORS

Dispositio Medica



HYDRORS

Dispositio Medica

HYDROPS,
Disputatio Medica.



LONDINI:
Apud R. BALDWIN.

MDCCLVI.

ROYAL MEDICAL SOCIETY OF LONDON

P
OST
LOND
AND R. BALDWIN
MDCCLVI

THOMAS LAWRENCE
FRANCO NICHOLLS
Medico Regio S.

POSTQUAM Vir Doctissime animum ad Medicinam discendam appuleram, imprimis quærendum mihi videbatur, a quibus initiis deduci, quo genere argumentorum stabiliri, quâ ratione excoli, atque promoveri debeat. Cùm enim cuique Philosophiæ parti sua materies subjiciatur,

B

et

et pro diversis rebus diverso cui
que cognitionis generi subjectis
diversa quoque rationum mo-
menta adhibenda sint; quan-
doquidem nec quisquam sanus
Philosophiam moralem a prin-
cipiis geometricis petat, nec
Geometram probabiliter disse-
rentem ferat, nec Physiologum
ea quæ de causis rerum dicat,
more geometrarum demonstra-
turum expectet: plurimum re-
fert ut nequis in eâ arte quam
sibi excolendam sumpserit, vel
alienis disciplinis propria teme-
re immisceat, vel majorem ra-
tionum

tionum vim desideret, quam res ipsi subjectæ vel postulent, vel ferant.

Cum autem ad evolvenda medicorum scripta me contuli, mirabar fanè ita parum de principiis atque argumentorum genere huic arti et condendæ, et proferendæ idoneis inter auctores constituisse, ut de his ferè solis ortæ sint quotquot celebrantur dissentientium medicorum scholæ: cum alii rerum abditarum causis prætermiſſis, brutis solummodo experimentis

non quidem inniti (quod ferendum fortasse foret) verum etiam circumscribi, et coerceri volunt medicinam. Alii contra, licet ab experimentis initium suum traxisse medicinam concedant, non ideo tamen in Empiricorum angustias ipsam compellendam putant.

Nam etsi in novis rebus, et arte quasi nascente, arctioribus experimentorum cancellis substituerunt veteres; nihil tot sæculis, summis ingeniis, maximis studiis explicatum ratione
 pute-

putemus? Cùm ab ipso Hippocrate auctore vetustissimo multorum morborum causas a corporis ipsius fabricâ, ab humorum motu atque indole, a diversis alimentorum viribus, a cœli atque tempestatum mutationibus, ab aere, locis, et aquis, satis commodè deductas habeamus; quanto rectius nos quibus Anatomia, Chymia, Mechanice, nostris temporibus excultiores famulantur, quibus abundantior observationum numerus suppetit, et medicamen-

torum copia uberior, eorum causas deducemus?

At medici non in eo solum differunt, quod alii empiricam, alii rationalem Medicinam esse contendunt; quandoquidem ipsi Rationales in diversas partes abeunt. Eorum enim alii morborum causas, iisdemque medendi rationes ab animali naturâ præcipuè peti oportere afferunt. Naturam autem animaleam ex duabus partibus constare dicunt,

cunt, animâ nimirum et corpore. Animam autem sentire, movere, motum moderari, generationi, conservationi, salutis prospicere volunt. In corpore vero duo potissimum respiciunt: primum elementa quibus constat, et quorum ratione corruptioni præcipiti subjicitur: deinde fabricam, atque eam imprimis generalem ex vasis varii generis, variorum humorum receptui, motui, confectioni, secretioni inservientibus: deinde singularem, quæ partes corporis singulas suis quasque
usi-

usibus aptas respicit. Cæte-
 rum partes ipsas instrumenta
 quasi animæ esse statuunt, quæ
 ad finem suum propositum
 consequendum aptat atque ad-
 hibet. Finem autem dupli-
 cem esse volunt, vitalem nem-
 pe, ut corpus conservetur, et
 animalei vitali inservientem,
 qui etiam sensum atque motum
 voluntarium respicit.

Morborum igitur duo genera
 ex hujuscemodi rerum consti-
 tutione exoriri sequitur. Pri-
 mum, eorum qui a vitio prin-
 cipii

cipii moventis, vel animæ, five
 ferociat, five torpeat, five erret
 pendent : secundum, eorum
 qui a fabricâ corporis unde-
 cunque læsâ proveniunt. Cæ-
 terum eandem animam et cor-
 poris conservatricem sani, ægro-
 tantis autem medicatricem esse
 dicunt, atque huic inservire, et
 in loco obsecundare prudentis
 medici solum esse officium.

At ex Rationalium familiâ
 alii sunt qui in medicinâ vim
 animæ fere prætermittunt, om-
 nia ea quæ in animali corpore
 sano

fano geri videmus conscientiâ
solâ demptâ, causis mechanicis
omnino tribuentes. Hinc in
musculorum viribus et officiis
explicandis, rationes Geometri-
cas, in humorum motibus ex-
ponendis, leges Hydraulicas, in
sanguinis confectione atque na-
turâ tradendâ, Principia Chy-
mica (quæ quidem ipsa rationi-
bus mechanicis inniti volunt)
adhibent. Quin et in Patho-
logiâ, sive morborum ratione
tradendâ, Physiologicis hisce
consentanea proferunt. Morbi
enim naturam in læsâ corporis
func-

functione ponunt; læsæ autem functionis causas vel a fabricâ partis vitiatâ, vel ab humorum motu inepto, vel ab eorundem copiâ superante, vel deficiente, vel denique a qualitate aliquâ eorundem a salute corporis alienâ, deducunt. Hæc autem universa concidunt etiam minutiùs; at totam horum Pathologiam particulatim persequi hic loci non est necesse.

Hiscæ morborum causis mechanicis opponunt medendi ra-

tionem pariter mechanicam, partium firmarum, atque humorum vitio cuique contrariam, quâ partes de locis suis motas reponant, solutas iterum conjungant, obstructas referent, laxas roborent, humorum motum vel reprimant, vel promoveant, quod deficit suggerant, quod superest minuant, quod alienum est mutant. Nec necesse esse putant, in medicinâ rationali condendâ, de Animâ, sive Principio vitali quidquam dicere, cum remedia soli corpori sint adhibenda, corporis autem

autem malâ conditione mutatâ
 æger necessario convalescit.

Si de hîsce rebus quid ipse
 sentiam mihi proferre liceat, li-
 benter quidem concedo rationes
 mechanicas, et quod conse-
 quitur geometricas in usu atque
 viribus muscutorum explicandis
 rectè adhiberi; quin etiam ge-
 neralem humorum motum cir-
 cularem ad leges hydraulicas
 quodammodo posse exigi, præ-
 terea principia chymica qua-
 tenus ex mutatione sanguinis
 spontaneâ, atque ex ejusdem

artificiosâ analyfi, (ut loqui
amant) elementa humores ani-
males constituentia exponunt,
multis obscuris et in Phyfio-
logiâ & in Pathologiâ lucem
afferre.

At quòd in negotio vitali ge-
rendo motuum quoddam mo-
deramen adhibeatur, ut rebus
ex improvifo natis recte con-
fultum fit, omnino confiten-
dum est. Et quoniam reverà
in motibus hifce vitalibus pera-
gendis rerum præfentium ra-
tionem quandam naturam ha-
bere

bere experiētiâ fit compertum, cum et fibrarum tonum, et arteriarum motus, et ipsorum sensuum vim et intensiōem multum variare, et quasi fini cuidam proposito aptari in morbis videamus; quod (ut alia omittere) in principio, statu, declinatione febrium, cuique animadvertenti satis patet; haud verisimile quidem prudenti rerum æstimatori videbitur, rebus tam variis et improvifis generali quâcunque lege mechanicâ aptè a naturâ posse provideri: sed principium quoddam pru-

dens hisce omnibus præesse, quod res præsentēs recte æstimet, futuras prævideat, omnibus consulat.

At hæc quidem medicinam in univēsum spectant. Ad morborum autem singularium rationem cognoscendam maxime conferre videtur, ut naturâ atque fabricâ animali primum perspectis, signa et symptomata quibus morbus sese prodit cum usu atque fabricâ naturali partis affectæ conferantur, ut cadaverum morbis quibuscunque peremp-

remptorum sectiones instituantur, ut quicquid præter naturæ consuetudinem vel in nexu, vel in formâ, vel in fabricâ partium internarum appareat, id diligentissimè notetur.

Eorum etiam quæ in morbis vel prodesse vel obesse compertum habemus maxime ratio est habenda; non quidem quod experimenta sola ad medicinam omnibus numeris absolutam condendam sufficiant, sed quia ab experimentis initium duxisse medicinam certissimum est, et

quia medicina rationalis manca
quodammodo atque inchoata fit
nisi rerum eventu confirmetur.

Talia nuper mihi in animo
versanti tentare libuit quid in
morbi cujusdam longi naturâ
explicandâ Physiologiæ, Ana-
tomix, atque Experimentorum
adminiculis innixus præstare
possem: ex horum autem mor-
borum numero Hydropem ideo
tractandum mihi sumpsi, quia
nec malum frequentius (si fe-
brium genera dempseris) nec
magis capitale corpori humano
infi-

infideat; et quia a causis fatis manifestis vel exoriri, vel foveri videatur; postremo quia in nullo alio morbo medicamentorum effectus evidentiores conspiciantur. Quo autem orationi nostræ plus auctoritatis inesset, Harvæum, Entium, Hamæum medicos sæculi superioris celeberrimos, atque familiaritate inter se conjunctissimos quasi loquentes induxi. Entio et Hamæo quos ætate minores Harvæo fuisse constat, rogandi partes dedi, Harvæum respondentem facio. At si quis fortasse

tasse mirabitur in hâc disputatione Harvæum de iis rebus differentem, quarum inventio industriæ atque diligentia recentioris sæculi tribuitur, id quidem Harvæi ingenio damus, qui sicut suis temporibus inaudita atque nova protulit, ita multa hoc quidem sæculo in publicum primum prolata animo secum agere potuisse nemo certe negaverit nisi si quis Harvæo etiam mortuo invideat.

Ad te vero doctissime atque
carissime Præceptor hæc ideo
scripsi

scripsi, quod cum ex optimis
tuis institutis atque præceptis
tanquam ex uberrimo salutis
fonte omne fere id quod in me-
dicinâ novi, me haufisse scirem,
ea siqua sunt quæ de Hydrope
recte sentirem non tibi dicanda
quidem, sed quasi mutuo cre-
dita reddenda putarem.

HARVÆUS, ENTIUS, HAMÆUS.

Hamæus. Cum sæpe, Harvæe
doctissime, et de medicinâ uni-
versâ, et de morbis singulis cum
hoc nostro Entio colloqui so-
leam, forte in sermonem quen-
dam

dam de Hydrope nuper incidimus; in quo cùm multa de naturâ atque remediis illius morbi quæfita atque disputata effent, nec (ut in rebus obscuris sæpè fit) ex doctiffimorum medicorum fententiis discrepantibus quam potiffimum fequeremur fatis perfpèctum haberemus, tandem arbitrum in quæftione hâc obscurâ et perdifficili appellandum cenfuimus, ut quem potiffimum medicorum diffentientium probares, nobis apperires, vel (quod magis salutem generis humani attingit) ut quid ipse

ipse sentires de naturâ Hydropis
 proferres. Et hâc quidem in re
 fortunas nostras non potui quin
 laudarem, cum te virum habe-
 remus unde veram morborum
 eorum rationem qui vel a fan-
 guinis vitio, vel ab ejusdem
 motu impedito, vel ab eodem
 ex vasis disruptis effuso prove-
 niunt, non vanâ spe discere
 expectaremus. Tu enim ejus-
 dem motum circularem oculis
 nostris quasi subjecisti, tu ejus-
 dem iter nobis aperuisti, tu
 serum cum sanguine confusum
 per totum corpus deduxisti, tu
 siquis

fiquis alius humorem eundem
 quiescentem movebis, degene-
 rem emendabis, effusum in cor-
 poris cava, educes.

Harvæus. Rem sane diffici-
 lem, Hamæ, nec sine longâ
 meditatione aggrediendam pro-
 ponis; cum et Hydropis causæ
 sint multiplices, et nonnun-
 quam satis obscuræ, nec quis
 prudens temerè vobis medicis
 doctissimis præsentibus, de me-
 dicinâ sententiam suam quasi
 de loco superiore dicere susti-
 nebit: cum autem eo præci-
 puè

puè propofito ad me veniffe dicis, quod etiam Entium profe significare video, non ut aliorum fententias excutiam, fed ut de Hydrope quid ipfe fentiam audiatis; dicam quidem, licet parum fortaffe compofitè (non enim prævifa fed fubita me proferre vultis) ea quæ mihi ex ægrotantium fymptomatis, ex cadaverum fectione, ex medicamentorum effectibus, non quidem certa, at verifimilia nobis vifa funt.

D

Entius.

Entius. At ista quidem subita tua Harvæe meditatis aliorum semper antepofui; quocirca gratissimum nobis facies ut pro Hamæo etiam respondeam, si quantum in naturâ et causis Hydropis explicandis, et in methodo ipsi medendi profeceris, id omne nobis communicaveris.

Harvæus. Faciam quidem Enti, et quo omnis nostra oratio viâ atque ratione procedat a morbi definitione incipiam.

Hydro-

Hydropem adesse medici dicunt, cum vel sanguinis serum, vel lymphæ tenuior, vel ipse chylus e vasis suis sive in corporis cavum aliquod, sive inter fibras membranæ illius laxæ et reticulatæ quæ partes vicinas plurimas intercedit atque connectit effunditur. Hydropem autem vel totum corpus occupare dicunt, vel aliquam ejusdem partem. Hunc particularem appellant, illum universalem. At de hujuscemodi divisione morbi notari velim, falsos plerumque auctores esse in

Hydropis universalis exemplis proferendis : quandoquidem nullum hujusce morbi genus quale in libris medicorum descriptum habemus nomen Hydropis universalis jure fortiri potest : concedendum est tamen Anasarcam rectius nomen universalis ferre posse quam Ascites, qui licet totum ventrem inferiorem aquâ collectâ distendat, attamen cum membranâ eâ quam περιτόναιον Græci dicunt aquosa colluvies tota concludatur, ad Hydropes particulares est certe referendus.

Despi-

Despiciendum est autem an non altius quiddam in hacce Hydropis divisione antiqui spectarint ; mihi sane (nequid dissimulem) causam morbi potius quam partem aquâ obsessam respexisse videntur. Ascitem enim et Anasarcam sanguinis confectioni læsæ tribuebant, atque adeo eas Hydropis species quæ a totâ sanguinis naturâ vitiatâ provenire arbitrabantur eâ de causâ universales appellabant, quia earum causas (vere an secus nihil ad rem jam enim

videbimus) a facultate quâdam sanguificâ cujus vim in corpore animali latissimam putabant perversâ deducebant.

Duæ sunt autem Hydropis species quâs universales appellant antiqui, Anasarca, et Ascites, quin et his a quibusdam additur Tympanites.

Hisce autem signis Hydrops Anasarca sese prodit. Corpus pallidius fit, et tumore frigido atque molli augetur; maximè autem corporis partes inferiores,

5 pedes,

pedes, crura, femora, vesperi
 intumescunt, quorum cutis a
 fero infitâ suâ gravitate inter fi-
 bras membranæ reticulatæ de-
 lapso multùm distenta splen-
 descit atque indurescit. Nec
 aliunde hujusce tumoris parti-
 um extremarum causa petenda
 videtur, licet scriptores non-
 nulli id omne frigori partium a
 corde longe distantium naturali
 tribuant: nam hoc quidem se-
 cus est, quandoquidem homini
 decumbenti post pauculas horas
 tumor imminuitur. At in Hy-
 drope Anasarca membra vesperi
 distenta

distenta indurescere dixi ; cum tamen id omne ab humore aquoso in membranâ reticulatâ collecto oriatur, nec ipse humor ullâ aliâ causâ in hæc loca, quam insitâ suâ gravitate impellatur, ipse digitis cuti impressis facile cedit, quorum depressâ vestigia tarde evanescunt. Præterea in Anasarcâ respiratio paulo est difficilior, maximè a sumpto cibo ; quandoquidem hepar quod in hoc morbo obstructum et grandiusculum ferè reperitur, a ventriculo alimentis distento sursum versus sep-

septum transversum trudatur, atque mole suâ ejusdem dis-
censum in aere inspirando im-
pediat, ipsumque pulmonem
quodammodo comprimat. Por-
ro cum in Anasarcâ insignis sit
totius corporis laxitas, atque
ipse sanguis paucus, crudus, at-
que aquosus conficiatur, pulsus
est debilis atque parvus, et
propter febriculam comitem
frequens. Urina autem pauca,
tenuis, atque aquosa fertur, non-
nunquam etiam turbida. Pos-
tremo in Anasarcâ sudor rarif-
sime prorumpit, vel propter
lympham

lympham spiffiorem, atque vif-
 cidiorẽ, quam quæ per cutis
 vafcula pertranfire poffit, vel
 propter eadem vafcula a collu-
 vie aquosâ undique compreffa.

Multum intereft inter Ana-
 farcam et id tumoris genus
 quod Græci οἰδημα vocant. Si-
 quidem οἰδημα laxo quodam at-
 que albo tumore partem ali-
 quam corporis fingularem oc-
 cupat, nec eam femper inferi-
 orem; cum contra in Anafar-
 câ univerfum corpus quodam-
 modo intumefcit, nifi quòd
 cum

cum diutius vel steterit, vel sederit homo, serum effusum deorsum copiosius delapsum pedes atque crura maxime distendat. Notandum est præterea mutato corporis situ *οἰδημα* nec augeri nec minui, quod contra fieri in Anasarcâ jam dixi; nec easdem causas *οἰδημα* consequitur quas Anasarca, cum id et podagricis fatibus familiare sit, et iis senibus qui a longâ anhelatione derepente liberantur; quinetiam sphacelum gliscentem sæpe comitatur, aliosque multos morbos quibus cum

Hy-

Hydrope Anafarcâ nihil est commune.

Cachexiæ quidem Anafarca est perfimilis, ipsamque prægressam aliquando sequitur. At in Cachexiâ fibrarum laxitas, aquosusque sanguis licet sæpè dominantur, serum tamen vel lympham e vasis suis non effundi vel exinde quis colligat, quòd in Cachexiâ pedes minus quam in Anafarcâ vesperi intumescunt. Adde quòd alia ætas Anafarcæ, alia Cachexiæ ferè subjicitur: quandoquidem

doquidem huic vel pueri, vel ii quibus ætas nondum adolevit; illi autem ii qui jam virilem ætatem adepti sunt, vel etiam natu majores magis patient: neque alienum erit notavisse Cachexiam maxime iis puellis familiarem esse, quibus pubertatis annos prætergressis menstrua nondum fluxere; veram autem Anasarcam iis præcipue contingere quibus olim menses et hæmorrhoides fluere consueti sunt, jam autem a causâ quacunque supprimuntur.

E

Pos-

Postremo ab Emphysemate facile Anasarca dignoscitur, in hâc enim digitorum vestigia cuti impressa tarde evanescent, in illo statim : præterea in Emphysemate tumor tum increfcit, tum imminuitur, nullâ corporis situs ratione habitâ, nec ex iisdem causis exoritur quibus Anasarca.

Causas autem Anasarcæ quatuor præcipuas reperio ; quarum prima est frigidæ potus immodicus, maxime si eo tempore ingeratur quo a prægressâ febre,

febre, vel ab Hæmorrhagiâ
 profusâ, vel a malâ victus ra-
 tione, partium solidarum to-
 nus, atque vis in sanguine con-
 ficiendo diminuitur, et sangui-
 nis ipsius vis atque indoles de-
 pravatur. Eadem est ratio a-
 limenti crudi, atque *δυσπέπτε*,
 si corpore a quâcunque causâ
 debilitato assumatur, quales sunt
 cibi ex farinâ crudâ, vel ex car-
 ne animalium durâ et exsuccâ :
 quandoquidem hi nec facile
 in chylum solvi, nec cum san-
 guine et humoribus inquilinis
 recte commisceri possunt: quo-

circa necesse est ut sanguis crudus atque imperfectus, viscidus scilicet et aquosus exinde proveniat.

Altera Anasarcae causa ad morbos prægressos refertur, quales sunt febres lentæ continuæ, quartanæ longæ, diuturna ventris profluvia : hisce enim morbis inveterascentibus et fibræ corporis laxantur, et humores corrumpuntur, et, quod consequitur, robur atque motus in partibus sanguinis confectioni inservientibus deficiunt.

ficiunt. Deficit vicissim in sanguine crudo et inchoato vis vasa exstimulandi, quocirca nec succus alimentarius ex cibis exprimitur, nec cum humoribus corporis rectè commiscetur, nec in sanguinis naturam evehitur.

Tertia causa sanguinis profluvia consueta vel intermissa, vel suppressa, vel profusa respicit. In sanguinis profusione immodicâ, sive a naribus, sive per locos naturales in fœminis, sive a venis intestini recti fiat, eventus ratio

fatis patet; quandoquidem sanguine justò copiosius subducto, et humores reliqui tenues et aquosi fiunt, et fibrarum tonus laxior consequitur.

Fluxus autem vel intermissi vel suppressi dispar est ratio; retentis enim iis quæ efferri humorum abundantia postulat, sanguinis moli nimie movendæ in laxâ atque debili corporis constitutione quæ huic morbo maxime patet, impares fiunt vasorum vires. Cum autem in sanguine conficiendo plurimum faciat hu-

humorum motus idoneus, quo eorum particulæ tritu satis valido terantur, comminuantur, commisceantur; nihil mirum est, si laxato vasorum tono, humorum increfcente copiâ, et eorundem motu diminuto, sanguis aquofus et fegnis vafa tenuiora distendat atque prægrævet; et pars ejufdem tenuior per vasorum tunicas percolata fecedet; et inter fibras membranæ reticulatæ diffusa tumore albo atque frigido cutem distendat.

Sequitur

Sequitur quarta Anafarcæ
 causa, viscerum constitutio læ-
 sa ; cum autem ea inter Ascitæ
 causas præcipua numeretur,
 commodius tractanda veniet
 cum Ascitæ rationem expone-
 mus.

Sequitur ut eas notas pro-
 ponam quæ vel spem vel peri-
 culum in Anafarcâ ostendunt.
 Si itaque a multo sanguine de-
 repente profuso oritur Ana-
 farca, levior ea est, quam quæ
 alias causas, præsentim quæ læ-
 sam

sam viscerum fabricam consequitur. Ad sanguinis enim amissi damnum refarciendum, atque fibris laxatis robur pristinum conciliandum sufficit plerumque diæta analeptica cum corporis aptâ exercitatione conjuncta.

Sin autem diuturno sanguinis fluxui, sive is in mulieribus ab utero proveniat, sive in maribus ab apertis recti intestini venis, superveniat aqua intercus, difficilior est morbus (maximè si sanguinis profusio perstiterit)

stiterit) quam si istis excretionibus intermissis exoriatur ; levior autem quam qui easdem suppressas sequitur. Cum enim colluvies aquosa vix aliis medicamentis expurgari possit, quam iis quæ vel alvum, vel urinam, paulò validius movent, vix fieri potest, cum ipsis illis medicamentis sanguis multum commoveatur, atque corporis fibræ extimulentur, quin fluxus sanguinis promoveatur, quem contra medicum coercere oportet. Quod idem de medicamentis apperientibus et roborantibus, huic

huic morbo propriis dictum volo, quandoquidem iis et calor et motus multum intenduntur. Contra autem si Anafarcam, Hæmorrhoidum, aut mensium retentio præcessit, in remediis sanguinis confectioni promovendæ aptis tota sanandi spes continetur; quæ citra omne incommodi periculum aquosum et inertem sanguinem corrigunt, fibrarum tonum roborant, postremo sanguinis excretiones necessarias promovent.

At

At Anafarcam eam quæ Menstruis, vel Hæmorrhoidibus suppressis exoritur, periculosiorem esse dixi, quam eam quæ ab iisdem intermissis provenit. Cum enim eorum intermissio vasa laxa motuumque seignitiem plerumque consequatur, hisce vitiis, roborantibus atque stimulantibus facile occurritur: suppressio contra minus medicabilis, quia vel adstrictionem vel obstructionem vasorum conjunctam habet.

In curatione hujusce morbi
 aggrediendâ quatuor hæc maxi-
 me medicum moliri decet.
 Nempe ut viscera obstructa re-
 ferentur, ut aqua e corpore e-
 ducatur, ut sanguinis atque hu-
 morum vitia emendentur, pos-
 tremò ut fibris atque vasis ro-
 bur atque motus concilientur.

Quo igitur feliciter obstruc-
 tiones viscerum solvantur, im-
 primis convenit ut leni quodam
 medicamento solvatur alvus,
 quò quicquid crudum atque

F

iners

iners in intestinis delitescit e corpore expellatur : deinde vomitum movere convenit ; ut compressis atque concussis Hepate, Liene, Pancreate, Renibus, Intestinis, omne crassum, atque concretum in eorum vasis conteratur et comminuatur ; ut sanguinis cursus citatior fiat ; postremo ut secretiones atque excretiones promoveantur.

Eductâ jam mole Intestina gravante, et sanguinis cursu liberiore visceribus restituto, adhibenda sunt ea quæ humores lentos

lentos et crassos resolvendi vim habent: quo nomine maxime herbæ illæ acriores quæ sapore subamaro, et sale volatili et penetrabili gaudent censendæ sunt: ex his Cochlearia Nasturtium, Becabungæ, Raphanus, Rusticanus, Ari radices plurimum valent: hisce accedant gummi quædam resinosa, Galbanum, Asafœtida, Ammoniacum, quæ magis valent si cum ferro præparato ritè jungantur, hæc enim non solum humores crassos resolvunt, verum etiam calore et stimulo

fuo motus languentes, et partium solidarum tonum intendunt;

Sed in Anasarcae curatione secundo loco propositum est ut aquae corpore educatur. Ad quem finem consequendum multum faciunt ea quae in viscerum obstructione humoribusque lentis resolvendis adhibenda praecipit. Nequicquam enim humoris vitiosi expurgationem molietur medicus, nisi ex praecipito Hippocratis corpus prius εὐροον faciat. Quid quod
remedia

remedia quorum vis diuretica in hoc morbo maximè celebratur, ideo maximâ ex parte urinam moveant, quia maximam vim resolvendi habeant: ex his autem præcipue valent falia illa fixa quæ ex herbis combustis arte chymicâ comparantur; deinde plantarum nonnullarum radices, quæ fale penetrante, atque acri succo præditæ sunt, imprimis Scilla, Allium, Raphanus; ex animalibus vero Millepedæ, Scarabæi, Apes, Cantharides, quas quidem Cantharidas tacerem, nisi Hippocratem

cratem ipsum auctorem habere-
rem, vosque auditores doctissi-
mos atque prudentissimos.

At iis quidem quibus Ana-
sarca nondum inveteravit maxi-
mè conveniunt Diuretica, mor-
bo enim adulto atque confir-
mato, praecipuè si abundantior
aquae vis inter cutem coiverit,
medicamentis iis quae paulo
vehementius alvum ducunt
(Hydrogoga ab effectu dicunt
medici) eductio aquarum est
tentanda. Non necesse est ut
in his recensendis longior sim,
cum

cum vires Elaterii, Colocyn-
thidis, Scammoniaë, Jalapii,
Ireos, et Rhamni, in Pharma-
copœis vulgatissimas habea-
mus.

Magis fortasse intererit no-
tavisse id quod a Practicorum
nonnullis prolatum video ; ad
aquas scilicet in Anafarcâ edu-
cendas purgantia acriora quam
in ipso Ascite requiri ; quod
tamen secus esse vel ipsi testan-
tur : quicquid enim in Ascite
curando feliciter iis cessit, id
omne, si qua historiis medicis ab
iif-

iisdem conscriptis fides est, Hydrogogis vehementioribus acceptum est referendum. Inter omnes præterea constat, in ejusmodi Hydropis genere qui morbo alio prægresso homine fracto et debilitato supervenire solet, quale nimirum aut febres longas, aut vasorum exinanitionem consequitur, diætam analepticam, Chalybeata, Rhabarbarum, atque id genus remedium quæ vires reficiunt, concoctionem promovent, fibrisque tonum debitum restituunt maxime prodesse, abjectis omnino

Hy-

Hydrogogis validioribus, quæ licet in Ascite necessario plerumque sint adhibenda, si modo aquam medicamentorum ope expurgatam volumus, a curatione Anasarcæ a causis jam memoratis profectæ, nihil certe magis alienum esse potest.

Sed alia est promptiorque aquam intercutem educendi ratio quæ iis præcipuè convenit, quibus crura, pedes, atque femora aquæ collectæ mole multum distenduntur. Incidatur scilicet cutis supra talum plagâ
fatis

fatis profundâ, nimirum ut scalpellum membranam reticulatam subjectam contingat : ita enim viâ patefactâ satis promptè descendit atque effertur aqua. In hâc autem curationis methodo adhibendâ cavendum est imprimis ne aqua nimis cito et confertim effluat ; deinde ne loca cutis incisa sphacelo corripiantur. Cum enim in Anasarcâ fibrarum tonus et ratione causarum quæ morbum antecedunt, et ratione aquæ inter ipsas diffusæ multum relaxetur, aquâ derepente effusâ

pari

pari passu vires elanguescunt, et homo tandem lethali deliquio solvitur. At id quidem præcaveri potest, imprimis si plagâ minutâ, atque unicâ incidatur cutis ; (sic enim sensim pedetentimque effertur aqua.) Deinde si medicamentis iis quæ vires reficiunt, atque nervorum tonum intendunt (Cardiaca medici appellant) sustineatur aeger.

Ne autem parti incisæ spha-
celus superveniat optime pro-
spicitur, si vulnus decocto ea-
rum

rum herbarum quae leni vi aromaticâ pollent, quales sunt Absinthium, Centaureum, Chamemelum, diligentur foveatur, et membrum incisum cateplasmate similis facultatis involvatur.

Atque haec quidem praecipua sunt quae in aquâ educendâ feliciter esse cessura spes est; omitto itaque ea quae ope vel arenae calidae, vel balnei ficci five laconici antiqui in aquis dissipandis tentanda praecipiant; quippe his id quod vo-

luit vix unquam medicum consecutum esse credibile est. Nec temere cataplasmati cruribus admoto fidendum puto, licet hujusmodi medicamenti formulam a Foresto præscriptam habeamus, cujus ope matronæ cuidam nobili multum aquæ sine cutis corrosione, ut ipse loquitur, effluxit. Concedo equidem in Oedemate, quinetiam in Cachexiâ, vel fotu, vel cataplasmate multum partim dissipando, partim fibrarum tonum intendendo profici posse, his autem Anasarcam veram et

confirmatam profligari posse, aut
nulla, aut certe rara spes est.

Eductis aquis tentandum est
porrò id quod tertio loco præ-
cepi, nempe ut vitia sanguinis
et humorum emendentur :
quinetiam ut hoc ipsum cer-
tius consequamur, eodem tem-
pore fibrarum vis est intenden-
da atque roboranda. Adhi-
benda sunt itaque ea quæ in
visceribus obstructis referendis
proficere dixi, ut omne id quod
a sanguinis naturâ alienum est
ab ipso secernatur, atque e cor-
pore

pore expellatur. Cum autem interea excretionem illâ jugi perpetim minuatur sanguinis moles, nec aliunde id quod deperditur nisi a chylo communi omnium humorum promptuario suffici queat, curandum est ut humores alimentorum coctioni inservientes ab Hepate, Pancreate, Ventriculo, et Intestinis profusi, satis largâ copiâ suppetant: motus præterea concitator sanguini conciliandus, et medicamentis idoneis qualia sunt gummi, aromata, chalybs, et si qua sunt alia quorum vis

in fibris stimulantibus, et sanguine calefaciendo ab experientia comprobatur, alimentorum concoctioni, chyli distributioni, sanguinis confectioni, et alienorum expulsionem prospiciendum est. Quinetiam iisdem adhibitis corrigitur fibrarum flaccida constitutio: nam sola eiusmodi medicamenta huic fini consequendo in Anasarca conveniunt. Licet enim morbus ille cum insigni fibrarum laxitate semper conjungatur, tamen medicamentis iis quae astringentia medici appellant, cer-

certè iis quæ *συπτικά* Græci
dicunt rarissimus locus est.

At hæc quidem de Anafarcâ
in univèrsùm dicta velim. In
ægris enim singulis et morbi
causæ singularis, et symptoma-
tum præsentium diligentissimè
ratio est habenda; nequis in
morbi genere eo quod e Men-
struis suppressis exoritur, eâdem
methodo curationem aggredi-
endam putet, quâ in eo qui vel
Hæmorrhagiam profusam se-
quitur, vel cum eâdem conjun-
gitur: in hoc enim et acria, et

calefacientia, et humores crassos
 et concretos resolventia, quia
 sanguinem incendunt, et mo-
 tum ejus concitatiores faciunt,
 raro aut nunquam sunt adhi-
 benda, quæ tamen alio morbi
 genere sæpissime conveniunt.

Atque hæc de Hydropis A-
 nafarcæ signis, causis, atque cu-
 ratione dicenda habui, non
 quidem recondita, vel vestrâ
 expectatione digna, vereor eti-
 am ne in nonnullis exponendis
 obscurior fuerim, nonnulla eti-
 am brevius dixerim quam tan-
 tæ

tæ res dici postulent ; hæc autem præcipuè spectavi, primùm ne vobis harum rerum scientificis longâ oratione odiosus essem ; alterum, ut in causis explicandis nihil proferrem quod ab Oeconomiâ animali, et corporis fabricâ satis verisimiliter deductum non videretur ; postremo, ut in medendi methodo tradendâ ea sola præciperem quæ ipsis experimentis explorata atque comprobata sunt.

Entius.

Entius. Dilucide quidem atque simpliciter doctissime Harvæ Anasarcæ causas et curationem nobis exposuisti; nec tamen tibi homini disertissimo despiciendum erat ne si oratio tua copiosior esset, longior etiam nobis videretur. At hæc missa facio (præsentem enim laudare vereor) et sententiam tuam de Ascite et Tympanite expecto.

Harvæus. Ad Ascitæ igitur naturam exponendam venio

nio (eum enim in Hydropis di-
 visione secundo loco posui.) In
 hujusce autem morbi naturâ
 contemplandâ, id mihi impri-
 mis disquirendum occurrit ;
 cur in Abdominis cavo aqua
 frequentius coeat, quam vel in
 Thorace, vel in Cranio? Id
 autem hisce de causis potissi-
 mùm evenire verisimile est.
 Primùm quia frequentius in
 visceribus quæ Abdominis ca-
 vo continentur a vario toni vi-
 talis moderamine, sanguis ve-
 hementer compellitur, et per-
 tinacius coercetur, quam in ul-
 lâ

lâ aliâ corporis parte ; quod crebris Hæmorrhoidum distentionibus, et menstruo sanguinis fluxu ab utero, satis comprobatur. Deinde, quoniam hæc ipsa viscera lymphâ abundantiori præ cæteris corporis partibus irrigantur : postremo, quia glandulæ in Abdomine conglobatæ, quin etiam ipsum Hepar, Pancreas, et Lien vasorum suorum obstructionibus maxime tentari solent. Ab his autem quæ mox suo loco uberius exponenda venient discedo, dum
sedem.

sedem atque signa hujusce mor-
bi statuam.

Afcite præfente venter gra-
vi tumore diftenditur qui errec-
to corpore prorfum et deorfum
fertur ; homini autem fupino
depreffior fit, atque magis dif-
funditur ; in latus autem al-
terutrum provoluto corpore, e-
odem etiam provolvitur gravi-
tate fuâ aquarum moles. Præ-
terea concuffo ventre aquæ con-
quaffatæ fonum exaudiri poffe
nonnulli fcribunt, certè fi ven-
ter ab altero latere percutiatur,
hu-

humoris fluctuantis motus in latere opposito admotâ manu facile sentitur. Quinimo progrediente morbo, augeſcente in dies humoris mole impeditur motus ſepti tranſverſi, et compreſſo pulmone ſpirandi difficultas ſupervenit, maxime ſi æger ſupinus decumbat. Quo autem ventrem diſtentiorem gerit æger, eo magis cæteræ corporis partes quaſi tabe correptæ gracileſcunt; niſi ſi, (quod ſæpe quidem fit) Anaſarca conjungatur; tum vero pedes, crura, femora, aquâ in-

tercute distenduntur, maxime vesperi. Urina pauca, crassa, rubra in hoc morbo fertur, siti-que inexplebili urgetur æger. Præterea pulsus plerumque parvus est, et propter febrem hujusce morbi comitem individuum celer et durus. Aliud adhuc symptoma huic morbo præsens adesse dicitur, nempe tuffis ; quam tamen sæpissimè abesse notavi, nisi si Hepar scirrho occuparetur.

Jam ordo postulat ut de sede atque differentiis Ascitæ di-

H cam,

eam, cum nec mali hujusce eadem semper est facies, nec eundem in corpore locum semper aqua occupat. Nam vel inter musculos abdominis transversos, et membranam eam quam *περιτόναιον* Græci vocant diffunditur, vel in hujusce substantiâ reticulatâ quam duplicaturam falso nominant, faccum membranaceum crassum sibi formavisse aliquando sectione compertum est: nonnunquam Testes muliebres dictos aquâ distentos vidimus; rarius inter Omenti vel Mesenterii mem-

membranas aquam coivisse novi: frequentissime autem in Peritonæi cavo reperitur.

Est etiam aliud quo Ascites ab Ascite differt; nunc enim aqua vel in cavum Peritonæi diffunditur, vel saccum quandam capacem quo contineatur in membranis vel Peritonæi vel visceris alicujus alius sibi format; nunc autem in vesiculis multis variæ capacitatis coercetur:

Ipsæ autem vesiculæ vel viscerum superficiei adhærent

(maxime Hepatis aut Testium muliebrium) vel solutis pediculis quibus a visceribus dependebant, libere in abdominis cavo fluctuant ; vel postremò in sacco quodam continentur. Aqua autem ipsa vel colore citrino, vel a sanguine recens confuso rubro, vel ab eodem putrefacto, fusco tincta reperitur ; quinimo eadem nunc liquidior, nunc crassior et fæculenta visitur, ignique admota perinde ac sanguinis serum coit.

Ad

Ad Ascitæ causas exponendas venio, quod ut dilucidius faciam, imprimis exponendum est qualem viscerum conditionem in sectis hydropicis medicorum oculis Anatomia subjecit. Ac primùm quidem Hepar sæpissime obstructum atque induratum videmus; non uno tamen modo. In aliis enim ipsum contractum atque quodammodo exsiccatum conspeximus, superficie tamen æquali. In aliis contrà magnitudine admodum auctum, in-

æquale, tuberculis glandularum distentiarum specie ab ejusdem superficie prominentibus.

Alio etiam vitio hydropicorum Hepar nonnunquam afficitur; nempe eo quo vascula ejusdem minima humore vel flavescente, vel limpido, vel lutulento distenta, mirâ nec fatis adhuc explicatâ μεταμορφώσει in vesiculas quas supra memoravi Græci ὑδατίδας vocant immutantur. Quod Hippocratis diligentiam non effugisse testatur locus ille in septimo Aphorismorum

morum ὀκόσοισιν ἂν τὸ ἥπαρ ὕδατ
 πλησθὲν ἔς τὸ ἐπίπλοον ῥαγῆ, τελέοισιν ἢ
 κοιλίῃ ὕδατος ἐμπιμπλάται καὶ ἀποθνήσ-
 κουσιν.

Est etiam ubi in Ascite He-
 par optime constitutum repe-
 ritur, Lienis autem fabrica tu-
 more duro pervertitur. Evenit
 etiam sæpe ut Pancreas atque
 Mesenterii glandulæ vel lentâ
 inflammatione vel scirrho af-
 fectæ insignitur indurescant at-
 que augeantur. Quid quod a-
 lia vitia Mesenterii et Omen-
 ti nonnunquam in Ascite ad-
 8 sint,

sint, qualia sunt Atheromata, Steatomata, Tophi, ut taceam Hydatides quæ inter ejusdem Mesenterii membranas coercentur, vel ipsius superficiei exteriori adhærescunt. Quinimo consimili fabricæ malæ constitutioni subjiciuntur testes muliebres. Postremo renes ulcerosos, et vesiculis sero atque sanie repletis obsessos, in Ascite se reperiisse scriptis suis memorat Platerus.

Ascitæ non omnis ætas æque subjicitur. Infantes enim
 vel

vel pueros hoc morbo corripiti
 in historiâ medicâ vix memo-
 ratum puto, (quanquam iis pu-
 erulis quibus Pulmonis, et Me-
 senterii glandulae conglobatae
 dictae strumoso vitio intumes-
 centes induruere, abdomen hu-
 more nunc chyloso, nunc a-
 quoso distentum nonnunquam
 vidi.) nec fœminas fere invadit
 Ascites nisi eas quibus menstru-
 us ab utero fluxus sive sup-
 pressus sive retentus jam de-
 scendere desiit. E maribus
 vero aetate consistentes, vel se-
 nectuti propiores huic malo
 maxi-

maxime patent, praecipuè si abundantior sanguinis copia per venas intestini recti effundi solita, vel naturae segnitia, vel motu sanguinis perverso, vel medicamentis adstringentibus, vel chirurgi manu male officiosa supprimatur.

Hydropis Ascitae causae sunt vel propiores vel remotiores. Inter remotiores imprimis sunt recensenda sanguinis profluvia, sive ea in foeminis ab utero ferri, sive a reclusis recti intestini venis consueverunt, medica-
mentis

mentis adstringentibus suppressa; maxime si statim a medicamentis illis adhibitis, pharmacis emmenagogis, atque aliis ejusmodi sanguinem commoventibus consuetum sanguinis fluxum revocare imprudens quis tentaverit. Horum enim ope compulso sanguine vehementius ad loca consueta, atque ipsi erupturo exitu denegato, maxime distenduntur vasa per viscera abdominis distributa, a sanguine secedit pars ejusdem tenuior, per vasorum mem-

membranas quasi percolata, et in Peritonæi cavum effunditur.

Et hic quidem loci non alienum erit notasse quam tenuis et acuta sit in medicinâ causarum distinctio. Cessantibus enim hæmorrhagiis multum interest an medicamentorum vi supprimantur, an naturæ quasi sponte retineantur ; cum Practicorum experientiâ compertum sit earundem suppressionem Ascitem plerumque consequi, retentionem vero Anasarcam.

Inter

Inter Ascitæ causas sunt Fe-
bres intempestivè solutæ, vel a-
lienâ medendi methodo sup-
pressæ, siue continuæ sint, siue
intermittentes, sic enim in vis-
cera, maximè in Hepar, Sple-
nem, et Mesenterii glandulas
convertitur causa morbi. Non
temerè igitur a Practicis præ-
ceptum video, ut curatio Hy-
dropis Quartanæ supervenien-
tis non purgantibus, at obstruc-
ta resolventibus et urinam mo-
ventibus omnino committatur.
Huic causæ referatur potus fri-
gidæ

gidæ immodicus corpore æstuante ingestus, five id in febris incremento fiat, five a vino, venere, vel labore corpus concaluerit : frigore enim potionis ingestæ viscera fervida constringuntur. Nec dispar ratio est hujusce morbi, cum scabiem, vel impetiginem repulsam, vel spirituum vinosorum potationem sequitur.

Ex hisce præmissis haud improbabili conjecturâ proximam hujusce morbi causam deducere in proclive est. Ut enim ab

He-

Hepatis fabricâ vitiatâ incipiam,
 cum is fit vaforum in abdo-
 mine cursus et distributio, ut
 quicquid sanguinis vel Ventri-
 culo, vel Lienî, vel Pancreati,
 vel Intestinis, vel ipsi Hepati
 arteriarum ductu vi Cordis im-
 pertitur, id omne in truncum
 Venæ Portarum confluat, ut
 per ejusdem venæ ramos in He-
 par quaquaversum diducatur,
 antequam finibus Venæ Ca-
 væ acceptum ad Cordis dex-
 tram Auriculam redire possit;
 profectò consequitur si transitus
 sanguinis per Hepar impedia-
 I 2 tur,

tur, five id a venis quocunque modo infartis, five ab iisdem constrictis, five totâ Hepatis fabricâ Scirrho perversâ, ut impediatur pariter in omnibus retro vasis, cujuscunque tandem generis fuerint, atque ut distentis iisdem vasis, atque tardato humorum motu, partes sanguinis liquidiores quasi Διαπρηθήσει per vasorum tunicas in cavum Peritonæi sensim effundantur.

Eadem fere est ratio reliquarum Glandularum, Splenis, Pancreatis, et maximè earum
quæ

quæ per Mesenterium disper-
guntur : compressis enim Ve-
nis Lacteis, quas etiam Lym-
pham ab Intestinis reducem du-
cere mihi compertissimum est
(licet et Afellio et nostro High-
moro de Lymphâ illâ vel nihil
omnino, aut saltem parum ex-
plicatè ut de re admodum obs-
curâ dictum sit) necesse est ut
ipsa illa Lympha per membra-
nas Venarum Lactearum tenu-
issimas percolata exstillet, vel
ut iisdem disruptis Chylus eti-
am cum Lymphâ effundatur.

Entius. Quam Lympham Harvæe? aut qualem ejusdem reditum nobis narras? An non Serum sanguinis, cæterique si qui sunt in corpore humores sanguine tenuiores (nam Nervorum succum te hic loci intelligere non arbitror) cum ipso in venis confusi simul ad Cordis auriculam adducuntur? An propriam et peculiarem viam ad Lympham illam vehendam natura fabricata est?

Harvæus.

Harvæus. Inscius quidem et quasi invitus in mentionem rei diù mecum cogitatæ atque meditatæ incidi: quam tamen ideo silentio premendam adhuc duxi, quia et in iis quæ jam pridem de sanguinis motu protuli medicos invitissimos mecum consentientes habui, et quia ea quæ de Lymphæ motu atque cursu sentiam, licet satis verisimilia mihi videantur, haud tamen experimentis ita confirmata habeam ut opiniones longâ sæculorum auctoritate sancitas

citas vincere sperem : cùm autem in harum rerum mentionem quasi fortuitò incidi, et vos auditores habeam æquissimos, quique has meas conjecturas minime efferetis dicam breviter quid sentiam de toto cursu humorum tenuiorum in corpore animali.

Cùm itaque necesse est ut Arteriarum ramuli magnitudine sensim decrescentes eò tandem exilitatis deveniant, ut siqui porro exinde canales propagantur, crassiori sanguini re-

cipiendo prorsus inepti evadant; et quoniam partium corporis exanguium (quales maximam partem sunt Offa, Cartilagine, Tendines, Oculorum membranæ nonnullæ) ea est fabrica atque usus, ut ex vasculis ab Arteriis minoribus emissis humores proprios a sanguine tanquam a communi promptuario derivent; profectò sequitur diversas esse vias, diversosque cursus diversorum humorum qui per corpora animalia deducuntur; dum pars sanguinis crassior Venarum ope (quod ipse
 primus

primus ostendi ad Cor deducitur, tenuiores autem per ductus tenuiores secedunt atque aguntur. Nec ullâ aliâ ratione explicari posse puto, quibus modis aut humores utiles separari, aut inutiles fecerni et amoliri, aut succus alibilis ad omnes partes corporis deferri atque distribui possit, nisi cuique humoris generi deducendo sua sibi vascula natura fit fabricata. Nam ab Hepate humorem biliosum, ab Intestinis Lympham et Mucum, ab Ore Salivam, a Renibus Urinam

stil-

stillare videmus, propriis suis vasculis procul dubio advectam et excretam. Quid quod humores aliena loca pererrantes multorum morborum causæ sunt evidentissimæ? Lympha itaque quæ maxima atque subtilissima pars est humorum animalium, in vasa sua tenuissima atque numerosissima vi sanguinis propulsi compellitur, et omnia corporis loca alluit, atque officio suo tandem functa per Venas suas arte Anatomica facile in conspectum producendas

das ad Cor cursu mox describendo redit.

At forte quidem rogabitur annon etiam ipsa illa Lymphatica quæ Lympham suam Venis istis conspicuis tradunt conspici possint? An illa tota mente conficta sint atque opinionum commentis adnumeranda? Minime quidem, nam in oculorum inflammationibus ipsa sanguine distenta videmus, et multas corporis partes quales sunt (ut alias omittam) tunica oculi Cornea, ejusdemque
 corpus

corpus Cryſtallinum, atque Vitreum (falſo humores dicta) ex illis fabricatas ſcimus.

Ad Venas autem Lymphaticas redeo, quæ tantâ exilitate ab extremis ſuis Arteriis prodeunt, ut conſpectum noſtrum orientes omnino fugiant; at rivulorum more inter progrediendum confluentes ſenſim majores evadunt, atque fatiſ conſpicuæ tandem fiunt. In abdomine quidem numeroſiſſimæ reperiuntur, et primùm in Meſenterio; cùm ipſæ Venæ

K

Lactææ

Lactææ licet Chylo ab Intestini-
nis deferendo inferviant (nam
hâc quidem in re ab iis quæ
olim contra Riolanum scripsi
discedendum mihi esse confi-
teor) sint vera vasa Lymphati-
ca : in canibus enim post bre-
vem inediam strangulatis hu-
morem aquosum non Chylum
ipsis inesse sæpissime vidi. Præ-
tereà ab Hepate juxta Venam
Portarum adeo insignes conspi-
ciuntur Lymphæ rivuli, ut his-
ce vasis Chylum ad Hepar im-
portatum recentiores Medici
tradant : quinetiam vasis Iliacis
filo

filo apte constrictis vivente adhuc animale, Lymphatica pellucida a partibus inferioribus redeuntia aquosoque humore distenta in conspectum veniunt.

Vasa autem jam memorata, tum ea quæ a Mesenterio atque Hepate, cum ea quæ a partibus inferioribus cum vasis Iliacis progredi dixi, in Vesiculam quandam pellucidam cruri Diaphragmatis dextro subjectam, et spinæ Dorfi incumbentem confluunt. Ex ipsâ autem vesiculâ exoritur vas pellucidum

membranofum nunc simplex, nunc duplex, inter Aortam et Venam fine pari per Thoracem delatum; rivulos Lymphæ a vicinis visceribus affluentes recipit, et Aortam tandem subiens in Venam subclaviam finiftram ingreditur.

Ex hisce autem Venis Lympham ad Subclaviam et (quod confequitur) exinde ad Cor deferri patet, quia ligatis Lymphaticis eadem omnino hisce vafis obveniunt, quæ Venis fanguineis ligatis jampridem evenire

nire docui. Prætereà in Lymphaticis ea est valvularum (quæ in ejusmodi vasis numerosissimæ sunt) fabrica atque situs, ut Lymphæ Cor petenti apertum pateat iter, eidem regressuræ omnis via intercludatur.

Peragravimus jam corporis animalis minus frequentata loca, nunc vero in viam redeamus, et iter institutum persequamur.

Hamæus. Avia quidem loca nullius ante trita solo certè

peragraſti Harvæe; at amœ-
 niſſima, undè tanquam ex arce
 editiſſimâ omnia quæ in pro-
 vinciâ quâquâ patet animali ge-
 runtur, longè latèque proſpi-
 cere valemus: et quanquam
 incredibili ſtudio efferor hæc
 loca te duce penitiùs perluf-
 trandi atque inviſendi, id ta-
 men in aliud tempus deferen-
 dum eſſe video, et id quod cæ-
 pimur perſequendum.

Harvæus. Proximum eſt ut
 ea ſigna proponam quibus inno-
 teſcat qualis hujufce morbi exi-
 tus

tus futurus fit. Quò autem de his certius iudicium feramus, imprimis animadvertendum est Aquam in Abdominis cavo collectam non quidem morbum primarium esse, sed vitio cuidam viscerum, Scirrho nimirum, vel obstructioni, vel constrictioni tanquam comitem pedissequum adjungi. Si enim hujus morbi medicina in colluvie aquosâ educendâ posita esset, nihil proclivius esse posset (nisi forte humor in vesiculis contineretur;) Colluvies quippe illa vel medicamentis urinam moventibus, vel

vel purgantibus vehementioribus adhibitis, fatis cito e corpore plerumque educitur, vel saltem his non proficientibus institutâ abdominis Paracentesi. At viscerum labe nondum emendatâ licet aquarum mole depositâ a morbo maxime recreari videatur æger, brevi tamen eòdem revolvitur, et idem labor denuo est exanclandus.

His itaque præmissis in aperto est causa cur Ascites e simplici viscerum obstructione exortus, sive hoc ab humoribus nimis

mis spiffis atque concretis fiat, five etiam a vaforum tono juftò constrictiore, facile fanari poffit: cùm e contrario fi Hepar, vel Lienem, vel Mefenterii glandulas Scirrho induratas, vel quodcunque aliud fabricæ vitium inemendabile confequitur, nullum aliud ægro folatium fit, nifi ut aqua in Abdomine quoties coiverit, toties quocunque modo poffit, e corpore educatur.

Si itaque Ascites vel ab Hepatis fabricâ penitus vitiatâ obortisque

ortisque in eodem vesiculis illis
 quas Græci *ὕδατιδας* vocant, vel
 ab eodem morbo vel Lienem,
 vel Mesenterium, vel Testes
 Muliebres occupante oriatur,
 vel a vase aliquo Lymphatico
 insigniore disrupto ; ægro hu-
 jusmodi malo implicato nulla
 certè convalescendi spes esse
 potest : cum morbus a struc-
 turâ partium penitus perversâ
 nec ope medicâ restituendâ
 pendeat.

Si in Ascite sanguis copiosus
 a naribus vel ab Intestinis pro-
 fluat,

fluat, quod sæpiùs fit sicum Ictero morbus conjungatur, mortem brevi futuram prædicat Medicus: hinc enim sanguinis compagem resolutam et spha-celum instantem cognoscimus.

Nec meliora Medico sperare licet, si postquam ægrum longo tempore morbus fatigaverit, spiritus difficilis repentè fiat, obortis simul gingivarum ulcusculis, alvo simul multa liquida atque fœtida profundente.

Si

Si aqua non solum Abdominis cavum impleverit, verum etiam (quod quidem sæpe fit) inter carnes atque cutem sese infinuaverit, atque deorsum prolapsa disruptâ crurum cute exitum sibi fecerit, brevi plerumque moritur æger, sphacelum enim cutis atque subjectæ membranæ adiposæ casus ille plerumque consequitur. Unde intelligi potest quantum intersit, an ex Celsi præcepto aqua ex cute ope Chirurgicâ incisâ profluxerit, an ipsam cutim spon-

te perruperit ; cum in cute adhuc sanâ fiat incisio, fomentif- que idoneis et tono fibrarum laxato prospicitur, et putredini instanti occurritur; cutim autem sponte disruptam gangræna (quod ante dixi) fere præcedit, cui jam invalescenti non nisi ferò atque frustrà plerumque adhibetur auxilium.

In Hydropis Ascitæ curatione id præcipuum atque idem in hoc morbo difficillimum medicum adniti oportet: nempe ut ea viscerum labes quâ morbi causa tota continetur, emendetur. Se-

L cundum

cundum id, ut aquarum mole corpus liberetur. Obstructionibus enim viscerum quibuscunque resolutis satis feliciter medico plerumque cedunt aquam educendi conatus. Quid quod sponte atque vi Naturæ in Venas reforberi, atque per urinæ vias, vel per alvum efferri possit aquarum colluvies naturali fabricâ viscerum restitutâ ?

Atque huc referenda videntur ea, quæ in humoribus præparandis, medicamentis alvum ducentibus præmittenda docent
medi-

medicorum nonnulli insigniores. Cujus quidem præparati-
onis ea vis atque ratio est, ut
vel viscerum tonus justo stric-
tior relaxetur, vel ut id quod in
sanguine, vel fero, vel humori-
bus quibuscunque ab hisce se-
cretis nimis spissum atque con-
cretum fit, resolvatur, et attenu-
etur. Quod quidem maximè
confirmatur nonnullis quæ in
historiis medicis tanquam Para-
doxa atque incredibilia vulgo
habentur. Quosdam enim A-
scite laborantes frustra tentatis
iis quæ urinam et alvum ducunt,

frustrà etiam roborantibus, atque calefacientibus adhibitis; Venæsectione, Refrigerantibus, quinetiam ipso Opio dato sanatos novimus. Eos nimirum quibus in viscerum quorundam tensione nimiâ, vel etiam fortè in levi eorundem inflammatione morbi causa constitit.

Quanquam autem in Ascite curando maximum atque præcipuum est, ut viscerum læsa atque perversa constitutio emendetur, inde tamen curationem ordiri non nisi morbo incipiente
con-

convenit. Postquam enim in abdomen magna aquarum vis confluxerit satius erit earum expulsiōnem aptis medicamentis quamprimūm moliri, ut hāc parte morbi depositā, alterum illud quod maximum atque præcipuum esse dixi commodiū aggre diamur, in quo parum nos profecturos esse metus est, dum abdominis viscera aquā undique circumfusā macerantur, et motus respirationis (a quarum mole Septi Transversi de pressione impediēte) inhibetur. In aquā autem expellendā plurimum

L 3 mum

num facere medicamenta ea quæ vehementiorem vel vomitum ciendi, vel alvum ducend vim habent experientiâ com-
pertum est.

Ante vero quam hujus generis medicamentorum ullum adhibeat, diligenter medico est despiciendum qualis sit viscerum præfens constitutio: his enim longâ maceratione corruptis, et quasi putrefactis, purgantibus vehementioribus, certe vomitum cientibus omnino intercedendum puto: quandoquidem
Phar-

Pharmaca valentiora non nisi
 ευσπλαγχνοις danda sunt, ne quem
 servare medicus non poterit oc-
 cidisse non solum videatur sed
 re verâ occiderit.

Est et aliud in purgantibus
 præscribendis medico animad-
 vertendum : multum nimirum
 refert an æger hoc medicamen-
 torum genere facilè vel diffici-
 liter moveatur. Sunt enim in
 quibus naturam huic exinaniti-
 onis methodo adeo inobsequen-
 tem videmus, ut quò vehemen-
 tiora purgantia adhibueritis, eò
 mi-

minus alvum votis vestris respondentem reperietis. His igitur Hydragoga leniora qualia sunt Manna, Sena, Syrupus de Rhamno, Jalappa, maxime conveniunt; omissis illis validioribus, Elaterio, Colocynthide, Efulâ, Soldanellâ, quæ maximos atque periculofissimos tumultus eiere possunt, aquam autem exhauriri non possunt.

Cæterùm in Ascite curando id quidem in univèrsum est tenendum aquam quam celerrimè esse exhauriendam; atque

adeo purgationem paulo validiorem, atque profusio-rem, debili-ori et parci-ori semper esse anteponendam, habitâ tamen tam in hoc morbo quam in Anasarcâ ratione virium: postremo in purgantibus Hydragogis adhibendis siquid eorum in aquis exantlandis non successit, non ideo continuo desperandum est; sed alio, atque alio id quod consequi volumus aggrediendum; cum idem medicamentum nec omnibus ægris conveniat, nec ei-dem ægro semper; adeo ut eâ etiam de causâ medicamenta aliquando

liquando mutare expediat, cùm
iis quibus multùm consuevit na-
tura minùs plerumque movea-
tur.

At multùm celebratur in a-
quis exhauriendis vis eorum quæ
urinæ fluxum cient; quæ licet
in Ascite sæpiùs spem nostram
quam in Anafarcâ fallant, id
tamen commodi præ purganti-
bus habere videntur, ut aquis
semel eorum ope eductis eas mi-
nime postea coituras esse non
vana spes est. Nihil certè ma-
gis in Ascite nos terrere debet
quam urinæ paucitas, quæ sive
feri

feri spiffitudinem per vafa exi-
 liora minùs meabilem, five vif-
 cerum ipforum labem quandam
 haud fatis adhuc explicatam,
 (nam in hujufce rei caufâ fla-
 tuendâ me maximè hæerere con-
 fiteor) five quòd aliâ viâ datâ
 quâ in Abdominis cavum de-
 fluat, naturale et confuetum i-
 ter per renes deferat; præfens,
 caufam morbi nondum devic-
 tam effe, at contrâ, invalefcen-
 tem certiffimè declarat: quam
 demum cedere atque folutam
 iri fpes eft, cùm aqua per u-
 rinæ vias e corpore copiofè pro-
 fluit.

Pur-

Purgantibus vero et Diure-
ticis in Ascite nihil proficien-
tibus, ad Paracentesin profectò
est confugiendum maximum sa-
ne auxilii genus. At de illo me-
dicorum tam antiquorum quam
recentiorum sententias maxime
discrepantes video, cum non-
nulli id mortis gradum accele-
rare dicant, omnes, causam mor-
bi minimè attingere concedant.
Quibus ut occurramus id qui-
dem confitendum est, Paracen-
tesis Ascitæ causam minime qui-
dem moveri, sed nec purgan-
tibus,

tibus, quæ tamen maximum solatium vel eo maximè nomine adferre in Ascite, quòd eorum ope aquarum onus sæpe depouatur, concedant omnes necesse est. Deinde emissâ per ventrem aquâ, si quod vitium visceribus a longâ maceratione imminet, id omne præcavetur. Postremò tametsi causæ Hydropis Paracentesis minime medeatur, medicinæ tamen locum facit: omitto distentionem, dolorem, respirationis impedimenta, quæ aquarum mole sublatâ ipsa simul tolluntur: quid quod a-

M

quæ

quæ nisi artificis manu tempestivè educantur, viam tandem sibi ipsis faciant? vel disrupto septo transverso, unde repentina et vix medicabilis suffocatio; vel dilaceratis abdominis parietibus externis; et aquis statim affluentibus lethali syncope statim subsequente.

At omne id discrimen quod in Paracentesi instituendâ ineffe credimus ex hisce causis præcipuè exoriri videtur: primùm quòd non nisi in iis quorum viscera jam diu sunt corrupta plerumque

rumque instituat; deinde quòd
 fenfim atque diverfis temporibus
 ne fyncope oboriatur aquæ e-
 mittantur; quo fit ut aere in
 Abdomen furtim ingreffo pu-
 tredo brevi ingravescat, atque
 sphacelo (ut videtur) correptus
 homo moriatur.

Ut hæc tanta incommoda fu-
 giamus, animadvertendum est
 hoc curationis genus iis maximè
 convenire qui juvenes sunt, et
 iis quorum viscera humore diu
 circumfuso nondum sunt cor-
 rupta. Aquæ autem semel et si-

mul nec per vices emittantur. Nec valde timendum est ne exinde syncope obortâ homo deficiat, si pro ratione humoris emissi aptè fasciis Abdomen constringatur. Omne quippe hoc qualecunque discrimen in eo versari videtur, quòd Abdomine penitus exinanito repentina toni vitalis remissio subsequatur, et Diaphragma pondere Hepatis appensi illico deorsùm deducatur, unde vasa superiora multùm tendantur, cùm simul in Aortam descendentem jam laxatam nec aquâ amplius compressam

pressam sanguis totus quasi, ir-
ruat, cerebrumque destituat.

At ne aquâ jam emissâ, hu-
morum colluvies rursus coeat
summâ ope medicum niti decet.
Motus igitur liber et æquabilis
per partes Abdominis internas
sanguini concilietur. Siquid igi-
tur in Visceribus obstructum hæ-
reat, id profecto est solvendum
et propellendum, siquid con-
strictum, id relaxandum, siquid
debile roborandum.

Hæc ut efficiantur imprimis faciunt medicamenta ea quæ vim resolvendi, et calefaciendi habent; plantæ nimirum illæ quæ sale acriore atque Diuretico abundant, antiscorbuticas medici appellant. Hisce addantur Amara, Aromatica, Chalybeata.

Fit tamen aliquando ut morbus omnino a quâdam quasi inflammatione viscerum, sive a causâ calidâ ut loqui amant antiqui exoriatur: aliquando etiam cum biliosâ sanguinis temperie

perie conjungatur: huic autem morbi conditioni maximè conveniunt non quidem medicamina quæ vehementer stimulant atque calefaciunt, at contrà resolventia leniora, atque urinam moventia, sales nempe mediæ arte Chymicâ confecti, potio illa Riveriana ex sale Absinthii et Limonum succo invicem commixtis, gummi atque aromata temperatiora, et si qua alia hujus subsellii ex iis quæ in Anasarcæ curatione proficere dixi repeti possint. Atque hæc de Ascite dicta sufficiant.

Ad Tympanitem propero qui tum adesse dicitur cum spiritu multo Abdomen distentum intumescit. In hoc enim morbo rotundo et æquabili tumore venter grandescit cum multâ tensione, et percussus tanquam Tympanum sonat, ægro autem concusso minimè aquæ fluctuantis exauditur sonus, nisi si forte accidat ut aqua simul cum spiritu in abdomine concludatur.

Aliis præterea notis dignoscitur Tympanites, mutato enim
corporis

corporis fitu minimè mutatur
 tumoris forma (deficiente scilicet eâ quæ aquæ inest gravitate)
 quod contra fit in Ascite ; nec
 vesperi pedes adeo intumescunt
 ut in Anasarcâ. Præterea in In-
 testinis frequens est Aeris moti
 murmur, et rugitus : frequens
 item flatus sursum et deorsum e-
 rumpit, quo tamen parùm ad-
 modùm vel certè ad breve saltèm
 tempus levari videtur æger.

Tympanitæ maxime pa-
 tent ii quibus spasmi atque
 dolores colici sine dejectionibus
 perti-

pertinaces sunt familiares : quod
 ab Hippocrate confirmatum vi-
 deo: tormina enim ficca, et do-
 lores circa umbilicum et lum-
 bos quæ medicamentis minimè
 cedunt in Hydropem ficcum du-
 cere ait. Eodem etiam morbo
 sæpe corripuntur ii quibus Fe-
 bres ineptâ medicinâ suppri-
 muntur, his enim non modo
 ventrem intumescere, verum e-
 tiam pectus, brachia, pedes Em-
 physemate distenta vidi, cum
 pulsu debili et parvo, partium-
 que extremarum frigore. Quin-
 etiam venter frequentissimè spi-
 ritu

ritu concluso intumescit iis, quibus Jecur, vel Lien, vel Intestinum, vel quodvis aliud viscerum suppuratum est; quod etiam sphacelo quarumcunque partium dictarum supervenisse novi. A Lumbricis prætereà idem malum non rarò provenit, vel ab aliâ quâcunque causâ spasmos pertinaces in Intestinis concitante. Omitto venenum haustum, morbos a cute in Intestina conversos, scabiem, impetiginem, podagram repulsam, postremò Paralyfin a contusâ, fauciatâ, vel aliô quocunque modô læsâ spinali

nali medullâ, atque ad ea quæ
 cadaverum sectio de naturâ hu-
 jùsce morbi mihi patefecit ex-
 ponenda venio.

In his itaque quos Tympanites peremit, raro admodum
 Aerem inter Viscera et Abdo-
 minis parietes repertum fuisse
 testatur sectio, nisi vel sanguis,
 vel pus, vel sanies in cavo ab-
 dominis effusa essent: ab his
 enim putrefactis multùm spiri-
 tûs gigni posse, et ratio et ex-
 perimenta evincunt. At sæpissi-
 mè Intestina concluso Aere ad-
 modum

modum distenta comparuere ;
 quibus compunctis auram gra-
 vissimè olentem prodiisse novi.
 At in his etiam nobis diligentius
 rem perquirentibus, vel abscef-
 fus, vel ulcus, sese oculis nostris
 sæpè obtulit.

In eâ verò morbi specie quæ
 febribus acutis supervenit (su-
 pervenit autem sæpè) quinetiam
 in eâ quæ morbum a cute re-
 tro pulsus consequitur, absque
 ullo abscessu, vel effusione pu-
 rulentâ creberrimò flatu Intes-
 tina distenta novi ; quin et eâ-

N

dem

dem morbi specie laborantibus quod multùm fortè miremini alvum frequenter descendisse haud tamen exinde imminuto tumore ; at in his spiritum inter tunicas Intestinatorum collectum vidisse me memini ; adeò ut inflatâ membranâ tunicas Intestinatorum sibi invicem connectente Intestinum Rectum vi spiritus e corpore detrufum verum ani prolapsum e mentiretur.

In fœminis autem sæpè fit, ut nec inter Intestina et parietes abdominis, nec in ipsis Intestinis

nis

nis malum deliteſcat, ſed in utero, maximè iis quibus in puerperio Placenta tota non eſt expulſa, vel quibus Lochia non rectè deſcendunt: at hoc fanè malum non inter Tympanitæ ſpecies ab Antiquis numeratur, ſed nomine proprio inſignitum Uteri inflatio dicitur.

Proximum eſt ut quibus modis Tympanitæ curatio aggredienda ſit dicam. Et imprimis quidem cauſarum morbi ratio eſt habenda: multùm enim refert an morbus humore aliquo

in Abdominis cavo putrescente, an a spiritu intra Intestina concluso exoriatur: refert etiam a quânam causâ spiritus in ipsis Intestinis concluditur. Cùm (quod ex jam memoratis quivis facile colligat) et ab adstrictione, et ab inertia, a spasmo, et a Paralyfi, provenire posse morbum compertum sit:

Si itaque a Febre malâ arte suppressâ, vel inepto Naturæ conamine in Intestinâ conversâ oriatur morbus, medicamentis iis quæ sudorem movent, atque sangu-

gui-

guinem calefaciunt febrem de-
 nuò revocare oportet : maximè
 si Arteriarum pulsus languescere
 videatur, atque Cutis tactu fri-
 gidior sit, et vigiliæ pertinaces
 hominem fatigent. Neque alie-
 num erit Emplastra quæ Cantha-
 ridas admixtas habent brachiis,
 femoribus, dorso admovere, ut
 eorum ope detractâ cuticulâ,
 quasi per patentem portam cau-
 sa morbi exitum inveniat; atque
 febris certior excitetur. Præterea
 si alvus justo rarior descendat,
 vel omnino adstringatur, lotionem
 idoneâ per Anum in Intestina im-

missâ fæces induratas solvere, atque deducere convenit: quin etiam his (lotiones dico, ea quæ nervorum tonum intendunt, atque motum Intestinorum languentem excitare possunt admiscuisse non inutile erit, qualia sunt radix Valerianæ, Galbanum, Afa Fætida, Sagapenum: at a purgantibus acrioribus, et ab omnibus iis quæ vim rarefaciendi multam habent abstinendum est: ab his enim adhibitis, non quidem Aer in Intestinis dissipatur, sed ipso rarefacto venter magis grandescit: illa autem (purgantia
 sci-

scilicet) fini propofito, nempe ut
revocatâ febre Crifis promovea-
tur, maxime adverfantur.

In eâ porro Tympanitæ spe-
cie quæ partium inferiorum re-
folutionem ob vitium quoddam
fpinalis medullæ obortam, con-
fequitur, quandoquidem eam a
nullâ aliâ caufâ provenire veri-
fimile eft, quam quòd Inteftina
fimul refolvantur; morbi pri-
marii ratio præcipuè habeatur.
Et cùm a fæcibus alvinis propter
Inteftinorum motum deficien-
tem indiès magis magisque coa-
cer-

cervatis, atque Aere ex iisdem putrefactis genito increfcatur pariter tumor ventris, atque fymptomata ingravescant ; id profectò diligentè curet medicus, ut et purgantium et enematum acriorum ope fæces putrescentes ex Intestinis educantur : hisce enim depositis licet morbus ipse non cedat, magna tamen molestiæ pars simul deponitur.

Quòd si Tympanites ab humore purulento corrupto atque putrefacto oriatur, sive Aer in Intestinis ipsis, sive inter Intestina

tina.

tina atque Abdominis parietes
contineatur, vix ulla profectò
spes est ægro convalescendi : et
licet iis quibus non in Intestinis,
sed in Ventris cavo spiritus con-
cluditur Paracentesis breve so-
latium emisso Aere, vel etiam
humore corrupto, afferre possit ;
ingravescit tamen exinde ple-
rumque morbus simul ac per
locum compunctum inter Ae-
rem externum et internum com-
meatus datur, atque gliscente
indies putrefactione homo tabe
atque tædio confectus moritur.


Atque


Atque hæc quidem mihi in-
mentem veniebant quæ de Ana-
farcâ, Ascite, atque Tympanite
dicerem. Sunt alia etiam Hydro-
pis Genera quorum naturam
perscrutare maximè et vitam
Hominum, et Medicorum exif-
timationem interest: . nec ne-
cessè est me vobis Hydropem
Pectoris, Pulmonis, atque Cere-
bri nominare. At cùm satis dif-
putatum videtur jam mihi per-
orandum est: aliò tempore si
vobis videbitur de hisce morbis
vel ipse differam vel de iisdem
vos differentes audiam.


F I N I S.

E R R A T A.

- Pag. 13. lin. 2. Convalescit, leg. convalescat.
 26. lin. 9. Nobis, leg. nobiscum.
 28. lin. 10. Ascites, leg. Asciten.
 33. lin. 2. Discensum, leg. descensum.
 51. lin. 7. Raphanus, Rusticanus, leg.
 Raphanus rusticanus.
 52. lin. 6. Aquæ, leg. aqua e.
 66. lin. 6. Alio, leg. in alio.
 68. lin. 6. Despiciendum, leg. dispicien-
 dum.
 74. lin. 2. Est, leg. sit.
 74. lin. 4. Occupat, leg. occupet.
 77. lin. 6. Subjecit, leg. subjecerit.
 79. lin. 12. Insignitur, leg. insigniter.
 88. lin. 4. Perversa, leg. perversa fiat.
 112. lin. 3. Refrigerantibus, leg. refrige-
 rantibus.
 116. lin. 11. Hauriri, leg. haurire.
 136. lin. 5. Concluditur, leg. concludatur.
 142. lin. 6. Perscrutare, leg. perscrutari.
 Ibid. lin. 6. Et vitam, leg. et ad vitam.
 Ibid. lin. 7. Et medicorum, leg. et ad me-
 dicorum.







DEPT. OF AGRICULTURE

HEADQUARTERS

WASHINGTON

